



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 8. Terrarum monstra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

tum natos infantes de uteris matrum quedam lib. 4. de
verba clamasse: volasse serpentes, feminas (& ciu. Dei.
gallinas, ut homines) in masculum sexum fuisse
conuersas. Et quis dubitet, aquis mirabilia,
in signum diuini vel fauoris, vel furoris
contigisse? Nonne nos ipsi, in vltimis Co-
mitijs Ratisponensibus Anno 1641. cele-
bratis coram experti sumus, omnibus pro-
digium, immò miraculum agnoscentibus,
Danubium, vna repente nocte, glacie re-
soluta, fluxisse, transitumq; Panierio & co-
pijs illius negasse; quæ repentinæ aduene-
rant, & panè totius imperij legatos, vnà
cum optimo Cæsare Ferdinando III. op-
presserant imparatos? Ne Danubium igi-
tur transirent, congelatum ex aquis pontè
illis Deus subduxit, aquas obiecit, & vnà
glaciem ac consilia hostium dissoluit.

§. VIII.

Terrarum monstra.

De signis, per terræ motum, mutatio-
nesque editis, est passim ex authoribus oc-
casio intelligendi. M. Tullius ad aruspi-
cinæ rationem refert, quæ Tages quidam
dicitur in agro Tarquinensi, cum terram
araret, & sulcus altiùs impressus esset, vo-
ce repentinè existente, audiuisse. Sed sæpe
vox

Cic. de
diuin.

vox aliud monuit, aliud auditor intellexit. Quid tonitrua de cælo, quid terræ tremebundæ mugitus aliud significant, quàm vt iram Dei fugiamus? Vt enim homini, qui Conditori suo seruit, seruiunt omnia; ita eidem exorbitanti omnia minitantur. *Omnis enim creatura ad suum genus ab initio resfigurabatur, deseruiens tuis preceptis, ut pueri tui custodirentur illasi. Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio: per quem omnis natio transiit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra.* Sed quia huc pertinent omnia monstra terrarum, sapius à nobis attingenda, compendio locus esto.

§. IX.

Lapidum & metallorum Monstra.

Præcipue admirationis etiam illa prodigia, quæ, Romæ, inter initia motusq̄ bellorum acciderunt, inter quæ fuit, in Piceno lapidibus pluuisse. In Gallia lupum vigiliè vagina gladium abstulisse. In Sicilia scuta duo sanguinem sudasse. Sed nihil est supra lapides illos circiter 1200. qui magno omnium stupore,

Val. Max.

lib. 1. c. 6.

n. 5.